Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 205
Quelle:
Copyright:

giorum et variis Miraculis, praesertim B. Virginis.

VII. *fol.* 32. *P. damiani epistola ad cluniense monasterium missa.* Init: *Uere sanctis et angelica ueneratione colendis cluniacensis monasterij fratribus* &c. *Nolo uos lateat* &c. Edit. *cit.* T. I. p. 82. Lib. VI. Epistola V.

VIII. *fol.* 35. p. 2. *Epistola P. damiani de incontinentia clericorum. Ad taurinensem episcopum missa.* Init: *Domino Cuniberto* &c. *Hec est uere caritatis* &c. et est *Dissertatio* II. Opusculi XVIII. edit. *cit.* T. III. p. 173. Ita enim *Constantino Cajetano* editori placuit.

IX. *fol.* 43. *Hic taurinensem episcopum cum clarissima duce confederat. ut precipiti clericorum luxurie inuicem se munientes occurrant.* Est *Dissertatio* III. Opusculi mox dicti p. 181. et incipit: *Adalaidi excellentissime duci* &c. *Quidquid de castitatis iniuria* &c.

X. *fol.* 46. p. 2. *Bisuntino archiepiscopo. laudat sepulturam* (i. e. tumulum sibi vivo) *in vita hominis fieri, et inter diuine laudis officia in ecclesijs non sedere* Est T. III. *cit.* p. 190. Opusculum XXXIX. hoc initio: *Domno V. reuerentissimo.* &c. *Non ignores uenerabilis pater* &c.

XI. *fol.* 49. *Vt auaritie resistatur, et dum cuique succurritur, munerum retributio ne queratur.* Initium: *Cardinalibus episcopis apostolice sedis.* &c. *Sicut uerba presentibus indicia sensuum* &c. Opusculum XXXI. contra Simoniam edit. *cit.* T. III. p. 236.

XII. *fol.* 54. p. 2. *Insolentia malignorum hominum facta conqueritur que nunc atrocius in mundi fine* (grassantur) *crassatur.* Initium: *Domno A.* (Alexandro II.) *summo* (ae) *sedis antistiti* &c. *Redditas mihi sanctitatis uestre litteras* &c. T. I. edit. *cit.* p. 11. Lib. I. Epistola XV.

XIII. *fol.* 59. *Cur papa non diuitijs uiuat. et quod hominum usibus queque creatura deseruiat.* Initium: *Domno A.* (lexandro) *summe sedis antistiti* &c. *Quia redeuntem te uenerabilis pater* &c. T. III. p. 208. Opusculum XXIII.

XIV. *fol.* 62. p. 2. *Epistola ad petrum lateranensem archipresbiterum contra clericorum lasciuiam inuectiua.* Initium: *Domno Petro* &c. *Tantum ualet iaculum quanta uirtus est bellatoris.* &c. T. III. p. 168. Opusculi XVIII. *Dissertatio* I.

XV. *fol.* 67. *Dilectis in christo ciuibus florentinis* &c. *Nuper ut recolitis dilectissimi ad uos uenientes* &c. T. III. p. 232. Opusculum XXX. De Episcopo Simoniae insimulato. Extrema: *Catulus compellatur uaubare* (baubari, βαύζειν, latrare) *sub diuo;* pro quo in edit. *naubare,* cui ἀλογῳ mederi volens *Cajetanus* adjecit in margine f. *cubare.*

XVI. *fol.* 70. *Quantam salutem conferat elemosina.* Initium: *Domno Mainardo arbinati* (Urbinati) *uenerande sanctitatis episcopo* &c. *Qui sub estiuo meridiatur umbraculo* &c. T. III. p. 85. Opusculum IX. Deficit Codex in hisce verbis: *sed semper indigere misericor-*